monetae polonicalis. pro qua quidem summa simul iuncta
duorum millium florenorum pecuniae et vadio se se ipse magnifico
eidem Kiliano Mohrowski et eius successoribus ad officium
praesens Castrensis praemisliensis citare permiserit et eius po-
stoli permiserunt, extunc a terris dictis iuribusque suis
quibusvis propriis recedens coram eodem officio in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac
pro praefata summa simul iuncta seu vadio ab officio ad
45 recedens omnibus exceptionibus, controversiis, praescriptionibus
suspensionibus, motionibus appellationibus earumque prosequutio-
nibus, vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori
ad quietem dilationem non petens, bellis cologuiis conventionibus
generalibus vel particularibus expeditione bellica servitio
militari et reipublicae seu sacrae regiae mtis intra et ex-
tra regnum absentia a regno ac aliis omnibus legalibus
impedimentis, poena trium marcarum et tripliciter poena gentium
omnibus dilationibus iuribusque remediis senatus et in parte
reiectis satisfacere cum suis successoribus tunc quoque opus
fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemis-
sis obstante.

Litinski tntur alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
strensis praemisliensis nobilis Alexander Litinski mente et
corpore sanus existens, a iure foro suis propriis quibusvis
recedens, praesenti vero Castrensi praemisliensi iurisdictioni se
successores ac bona sua omnia quoad actum effectumque totius
praesentis inscriptionis attinet incorporans et subiciens publice
per expressumque revocat. Quia nobili Andreae Litinski
filio nobilis Petri Litinski et eius successoribus centum
florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis certe veri
et mutui debiti tenetur, praesentique se et suos successores
super omnibus bonis suis obligat et inscribit pro die et festo
conversionis sancti Pauli apostoli proxime et immediate
venturo solvere realiterque circa acta praesentia Castrensis
praemisliensis reponere et relinquere. In defectu vero solu-
tionis et repositionis summae praefatae pro tempore supradicto extunc
tenebitur praefatus Alexander vel eius posteri tenebuntur
quos secum super omnibus bonis suis inscribit et obligat
eidem Andreae vel eius successoribus dare et libere admittere
realem nitionem cum actuali et pacifica possessione in bona sua
haereditaria vocati tres cmetones possessores sic dictos Danilo
Czibulczicz, viduam Sidorowa et Sienko Holdyssow per-
ministerialem terrenum quemcunque sibi elegerit ad intromittendum
sub vadio similis summae centum florenorum pecuniae, per
ipsum Andreae et eius successores bona praefata a nitione accepta
ad festum nativitatis dni tunc proxime venturum et in de-
fectu proximi exemptionis, extunc ad aliud simile festum na-
tivitatis dni et sic de anno in annum annis sequentibus usque
ad exemptionem et summae praefatae persolutionem.

cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis
attinentiis pertinentiis fructibus proventibus censibus labori-
bus emolumentis, generaliter universis utilitatibus, nil excipien-
tes habentes possidentes, usque ad exemptionem et summae praefatae
persolutionem. Tenebiturque praefatus Alexander Litinski cum
suis posteris quos secum super omnibus bonis suis obligat et inscri-
bit, eundem Andream Litinski et eius successores in bonis praefatis 1587
et omne eorum ab omni quavis impetitione iuridica et extraiu-
dicia omnibusque dnis in iuribus violentis et impedimentis quarum-
libet personarum sexus utriusque. Tum ab omnibus et singulis
iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus debitis vinculis
reformationibus adulteratibus, cuicunque personarum factis
et faciendis citationibus concessionibus innotescentibus, et a quibusvis
processibus iuris tunc quoque opus fuerit tueri defendere evincere
et liberare bonaque praefata munda et libera facere sub vadio si-
mili centum florenorum pecuniae. Nihilominus praefatus Alexan-
der Litinski se et suos successores super omnibus bonis suis obligat
et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrena
praemisliensia ante decursum unius anni transfere transportare
similemque vel si opus fuerit meliorem recognitionem facere
Et circa transportationem inscriptionis praesentis nobilem Na-
stasiam consortem suam cum duobus amicis ipsius de linea pater-
na proximioribus ad eadem acta terrena praemisliensia ad consen-
tiendum super inscriptionem praesentem quoad omnia iura sua adducere
et statuere sub simili vadio centum florenorum pecuniae, pro quo
quidem vadio seu vadiis se se ipse Alexander Litinski cum
suis posteris praefato Andreae ad officium praesens Ca-
strensis praemisliensis tum et eius successoribus citare permiserit
extunc foro quovis proprio suo omisso coram eodem officio
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare pa-
rere respondere ac pro praefato vadio seu vadiis omnibus
exceptionibus controversiis, praescriptionibus, suspensionibus
vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, ad
quietem dilationem non petens, motionibus appellationibus earumque
prosequutionibus, statutis et constitutionibus quibusvis laudatis
et laudandis, bellis, cologuiis conventionibus generalibus vel
particularibus, expeditione bellica, servitio militari et rei-
publicae seu sacrae regiae mtis, ac aliis omnibus legalibus
impedimentis, poena trium marcarum et tripliciter poena, gentium
omnibus dilationibus iuribusque remediis senatus et in parte
reiectis satisfacere cum suis successoribus tunc quoque opus
fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis
obstante.

Boratinski tt Łomszicski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Ca-
strensis praemisliensis Generosus Joannes Boratinski de Bora-
tin et in Flochowice heres, mente et corpore sanus existens
a terris dictis iuribusque suis quibusvis propriis rece-
dens, praesenti vero Castrensi praemisliensi iurisdictioni se